



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De ecclesiarum renouatione. Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

nostra répora multi reuera iusti, & sancti dei martyrescu pierūt in terra videre, & non viderūt, audire & non au- dierūt. Verū hi quam celerrimo cursu sublati ad superos, res multo præstabiliores sunt cōsecuti, & in ipso cælo, & paradise diuinis deliciis perfruuntur. Nos autē hæc be- neficia maiora, quam nostræ vitæ cōditio fert, cōfitentes sicut egregiā Dei eorundē authoris magnificentiā obstu pescimus: sic illū optimo iure totius animæ viribus colē tes, summe celebramus, & sacras prophetæ prædictiones scriptis proditas, veras esse testificamur, in quibus dici- tur: venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia *psal. 45.* super terrā, auferēs bella vsq; ad finē terrę Arcū cōteret & costringet arma, & scuta cōburet igne. Pro quib⁹ adeo euidēter in nobis expletis, magnopere lātemur, & dein- ceps ad ea, quæ sequuntur pergamus. Vniuersum impiorū genus eo modo, qui supra est demōstratus, deletū & ex- tinctū est, & ex hominū cōspectu subito ita euanuit, vt a- liud Dei oraculū videatur ad exitū peruenisse, quod sic loquitur. Vidi impiū superexaltatū, & eleuatū, sicut Ce- *psal. 37.* dros Libani, & trāsui & ecce non erat, & quesui locū e- ius, & non est inuentus. Dies iā de cætero serena & splen- dida, quā nulla nubes sua opacat umbra, claris cælestis lu- minis radiis, ecclesijs Christi per vniuersum orbē efful- cit. Neq; gētilibus hunc nostrum insignem triumphum deus inuidit, sed eos ex æquo nobiscum omnium bono- rum, quæ nobis cœlitus demississet benignusq; suppeditasset effecit participes.

*De ecclesiarum renouatione.**CAP. II.*

VNIERSUM igitur humanū genus graui tyrānorū op- pressione liberatū est. Atq; vt alii prioribus malis, quibus cōflictati erāt, alia ratione piorū propugna- torem, solum verum deum esse ingenue confessi sunt; sic nos in primis, qui spem in Christo Dei defixam habe- bamus, incredibilem lātitiam aīo percepimus. Qui netiā omnium nostri mentes diuino quodam & cœlesti gau- dio triumpharunt, dum singula loca tyrannorum sce- lere & impietate paulo antē diruta, tanquam post diu- turnam & mortiferam vastitatem iam quodam modo reuincere, & tempia solo æquata, ab ipsis funda- mentis

EVSEBII HISTORIAE

mentis denuo ad mensam altitudinem erigi, & multo ma-
iore splendore atque amplitudine quam illa quæ du-
dam euersa erant illustrari videbamus. Imperato-
res item ipsi, qui summam rerum obtinebāt, ratis legibus
pro Christianis sanctis, Dei in nos munificentia perma-
gnam quasi accessionem adiunxerunt. Imperatoris enim
Constantini literæ ad episcopos missæ: quibus & hono-
res fuere illis delati: & donata pecunia: quarū literarum
voces latino sermone non a ratione alienum erit, ubi o-
portunum tempus de illis differendi se offeret, in hoc
libro, tanquam in illustri quadam tabula inscribere,
quò immortali memorie ad omnem posteritatem omni-
no commendentur.

De enceniis vbiique locorum celebratis.

CAP. III.

Deinceps celebre spectaculum, nobis omnibus op-
tabile & vehementer desideratum ante omnium
oculos proponebatur: dedicationum scilicet festi-
uitates per vrbes singulas: templorum nuper exædifica-
torum consecrationes: frequentes episcoporum in vnū
conuentus, peregrinorum longe ab exteris regionibus
accedentium concursus: mutuae populi in populum be-
nevolentiae, propterea quod membra corporis Christi
in vnam quasi harmoniae & concentus conspirationem
coibant. Quapropter aptè admodum & conuenienter
oraculo propheticō, quod futurum erat, mystice praesi-
gnificantio ad os, & iunctura ad iuncturam coalesce-
bat: & alia eius generis quæ diuinus sermo per obscura
quædam & inuoluta ænigmata deinceps vere profatus
est in eandem sententiam. Vna erat sacri spiritus virtus
& potentia, quæ per vniuersa ecclesiæ membra permea-
uit: vna omnium mens & sententia, vna & eadem fidei
propensio ac studium, vna ex omnium ore & consentientiæ
diuinitatis laus: perfectus etiam in summis ecclesiæ præ-
fectis cultus & obseruantia: accurata sacrorum mysterio-
rum administratio: decori ecclesiæ ritus, interdum psal-
morū cantu, & cæteris hymnorum diuinitus nobis tradi-
torum recitationibus, nonnunquam diuinis & mysticis
ministis.

Ezech. 37